

sanctarum Dei, qui in circuitu mense eius continuo quasi ⁸stelle rutilantes⁸ inradiant. Sit laus et honor sanctissimo in Christo patri et domino nostro domino Innocentio divina providentia pape sexto, in cuius commendatione sileat vox quecunque. Supervacuis enim laborat impensis, qui solem nititur facibus^d adiuvere^e: Augmentatione quidem non indiget plenitudo⁹. Honor etiam sit reverendissimo in Christo patri et domino Egidio divina providentia episcopo Sabinensi, sancte Romane ecclesie dignissimo cardinali, apostolice sedis legato et in terris et provinciis Romane Ecclesie in Italia consistentibus vicario generali. Hic est, quem propheta vociferat: „Venit legatus gentium, occurrите illi“¹⁰. Hic est legatus, quem dominus Moysi precepit constitui, ¹¹ut possint eum audire filii Israel¹¹. Hic est, qui corruscat in cardines et inter ecclesie columpnas refulget ardentius. Hic est episcopus, de quo ait apostolus: „Attendite vobis universo gregi, in quo posuit vos spiritus sanctus episcopos regere ecclesiam Dei“¹². Ipse est, qui in virga ferrea regit¹³ superbos, misericorditer regit benignos. ¹⁴In hilaritate vultus eius est vita¹⁴, sed ¹⁵ut rugitus leonis¹⁵ rebellibus. Ipse est, de quo scribitur: „beata terra cuius rex nobilis est“¹⁶. Ei convenit, quod legitur: „Audivit omnis Israel iudicium, quod iudicasset rex, et timuerunt regem videntes sapientiam Dei esse in eo“¹⁷. Ipse est, qui ¹⁸non declinat

d) Titntenfleck. Lesung unsicher.

e) ad über der Zeile korrigiert.

iudices | Et vera mundi lumina. *Oder Bd. 51 Nr. 188 S. 216*: Iudices saeculi, vera mundi lumina.

8) Vgl. *Analecta Hymnica Medii Aevi*, Bd. 29 (1898) Nr. 332 S.179: Rutilantes caeli stellae.

9) *Ennodius, Epist. II, 22*, ed. Friedrich VOGEL, *MGH AA 7b* (1885) S. 75,15. Vgl. auch (leicht abgewandelt) *Decretum Gratiani C. 6, q. 1 c. 7*, ed. Emil FRIEDBERG, *Corpus Iuris Canonici*, Bd. 1 (1879) Sp. 555.

10) Vgl. *Analecta Hymnica Medii Aevi*, Bd. 20 (1895) Nr. 92 S. 89f: Venit redemptor gentium.

11) *Num. 27, 20*. Vgl. *Decretum Gratiani* (wie Anm. 9) C. 8, q. 1, c. 16, Sp. 595.

12) Vgl. *Act. 20, 28*: attendite vobis et universo gregi in quo vos Spiritus Sanctus posuit episcopos regere ecclesiam Dei.

13) Vgl. *Ps. 2, 9*: reges eos in virga ferrea.

14) Vgl. *Prov. 16, 15*: in hilaritate vultus regis vita.

15) Vgl. *Prov. 20, 2*: sicut rugitus leonis ita terror regis qui provocat eum peccat in animam suam. *Ein Löwe befindet sich auch auf seinem Grabmal, der u.a. für Großmut, Autorität, Wachsamkeit und Souveränität steht*, BENEYTO PÉREZ, *El cardenal Alborno* (wie oben S. 534 Anm. 10) S. 207.

16) *Eccl. 10, 17*.

17) *3. Reg. 3, 20*.